eos iudicari, & ſcire quòd Dominus ipſe ſit Deus formator hominum, & mundi creator, ac gubernator, rectorq́; ſupremus. Ipſe idem & litem mouens, & teſtis aduerſum nos, & iudex. Benedictus ſit ille ſanctus & iuſtus, in quo non eſt iniquitas, nec obliuio, nec reſpectus in faciẽ, nec munerũ aut perſonarum acceptio, propterea quòd omnia eius ſunt. Et ſcito euentura omnia iuxta menſuram eorum quorum tibi ratio reddẽda eſt. Caue autem ne in vanam & ſtultam ſpem aſcendas, qua futurum tibi ſepulchrum refugij locum nequicquam præſumas, & fruſtra polliceare: inconſulto enim te creatus es; inconſulto iterum te genitus es, & viuis, & moreris; & ratio tibi reddenda eſt Regi Regum ſancto & benedicto.

CAP. V.

CREATVS fuit mundus in decem verbis: & quorſum hoc? poterat enim profectò Deus eum vno verbo creare. Hoc igitur ad maiorem de impiis ſumendã vltionem factũ eſt, vtpote qui mundum euertant quem condidit Deus decem verbis; ac per conſequens maiori punitione digni. ſimul & ad amplificandam laudem remunerationémque iuſtorum qui mundum conſeruant eum qui verbis decem creatus eſt.

Decem generationes ab Adamo vſque ad nos ſibi ſucceſſerunt. Ex quo diſces quàm tardigrada ſit Omnipotentis ira: omnes enim hæ generationes iram & vindictam Dei

פ׳ ה׳

בעשרה מאמרות נברא העולם ומה תלמוד לומר והלא במאמר אחד יכול להבראות אלא להפרע מן הרשעים שמאבדין את העולם שנברא בעשרה מאמרות ולתן שכר טוב לצדיקים שמקימין את העולם שנברא בעשרה מאמרות:

עשרה דורות מאדם עד נח להודיע כמה ארך אפים לפניו שכל הדורות היו מכעיסין

ובאין עד שהביא עליהם את מי המבול:

עשרה דורות מנח עד אברהם להודיע כמה ארך אפים לפניו שכל הדורות היו מכעיסין ובאין עד שבא אברהם אבינו וקבל שכר כלם:

עשרה נסיונות נתנסה אברהם אבינו ועמד בכלם להודיע כמה חבתו של אברהם אבינו:

עשרה נסים נעשו לאבותינו במצרים ועשרה על הים:

meruerunt, qua tandem ipſas diluuij ſubmerſione inundauit.

Decem quoque generationes intercedunt à Noe vſque ad Abraham: vt ſciant homines quàm tardè ad vindictam Deus mucronem terrificum acuat: ſingulæ enim hæ generationes Deum ad iracundiam concitabant, donec venit Abraham pater noſter qui pro harum omniũ generationum nequam, ſcelere & iniquitate, miſericordiam à Deo conſecutus eſt & gratiam.

Abraham pater noſter decem varijs modis tentatus eſt; & in his omnibus firmus in Dei timore permanſit: vt omnibus innoteſceret quanto idem ſanctus pater noſter Abraham in Deum ſuum amore ferueret.

Decem miracula Patribus noſtris

exhibita sunt in Ægypto, & in mari totidem.

Decem item plagas immisit Deus in rebelles Ægyptios, & decem quoque in mari visæ fuere.

Decem tētationibus Patres nostri Deum probarunt in deserto, iuxta testimoniū scripturæ dicentis. Tentauerunt me, ecce iam per vices decem, nec obedierunt voci meæ.

Decem prodigia Patribus nostris ostensa sunt in Ægypto in domo sanctuarij. Nulla mulier ob odorem sacrificiorum abortijt. Nidorem nullum aut maleolentiam efflauit caro holocausti. Ne minima quidem musca visa est in loco occisionis hostiarum. In die expiationum nihil pollutionis accidit sacerdoti magno. Ignem altaris nulla extinguere valuit quantalibet imbrium

עשר מכות הביא הקדוש
ברוך הוא על המצריים במצרים
ועשרה על הים:

עשרה נסיונות נסו אבותינו
את המקום במדבר שנאמר
וינסו אותי זה עשר פעמים
ולא שמעו בקולי:

עשרה נסים נעשו לאבותינו
בבית המקדש לא הפילה אשה
מריח בשר הקדש ולא הסריח

בשר הקדש מעולם ולא נראה
זבוב בבית המטבחיים ולא
אירע קרי לכהן גדול ביום
הכפורים ולא כבו גשמים אש
של עצי המערכה ולא נצחה
הרוח את עמוד העשן ולא
נמצא פסול בעומר ובשתי
הלחם ובלחם הפנים עומדים
צפופים ומשתחוים רווחים ולא
הזיק נחש ועקרב בירושלים
מעולם ולא אמר אדם לחברו

brium copia. Sed nec ventus fumantem ignis recta sursum tendentis colũnam suo turbine & impetu dissipauit. Nihil defectus notatũ est in Homer quæ est hordei mensura quam secundo die Paschæ Sacerdos implere consueuerat. Neque in duobus panibus, sed nec in panibus propositionis aut in pane facierum qui mutabatur in singulas septimanas, & super auream sanctuarij mensam collocabatur. Et cùm Hebræi qui ad celebrãdum Pascha conuenerant, stantes etiamnum à confluentis populi frequẽtia comprimerentur; nihilominus cùm ad adorationem ventum est, laxè se positos ac sine vlla irruentis turbæ compressione mirarentur. Serpens autem & scorpius quasi aut aculei, aut veneni expertes nulli nocuerũt

in die illa: & nemo proximo suo dixit, Arctor à circunstantibus me in loco in quo habito in Ierusalem.

Decem res in vigilia Sabbathi sub vesperũ creatæ fuere: os terræ (quæ rictu & hiatu suo patenti in ostensionem diuinæ iustitiæ congregationem Chore) deglutiit: os putei (qui sequebatur Israel in deserto:) os asinæ Balaã: arca Noe, & manna, & virga Moysi: & Samir quo scindebantur & quadrabantur lapides ad fabricam templi à Salomone constructi cum ferro ad hoc vti fas non esset & edicto speciali prohibitum: character, & scriptura, & tabula Moysi: quod etiam quidam dicũt de Angelis malis. Adde etiam his sepulturam Moysi hominis Dei, & arietem Abrahæ suppositítiũ, quem ad imperium vel monitum Angeli

אר"לי המקום שאלין בירושלם:

עשרה דברים נבראו בערב שבת בין השמשות ואלו הן פי הארץ פי הבאר פי האתון הקשת המן המטה והשמיר הכתב והמכתב והלוחות ויש אומרים אף המזיקין וקבורתו של משה ואילו של אברהם:

אבינו ויש אמרים אף צבת
בצבת עשויה :

שבעה דברים בגולם ושבעה
בחכם חכם אינו מדבר בפני
מי שהוא גדול ממנו בחכמה
ובמנין ואינו נכנס לתוך דברי
חברו ואינו נבהל להשיב שואל
כענין ומשיב כהלכה ואומר

pro filio suo super aram omnipotenti Deo legitur immolasse. Denique hoc etiam quidam testantur ac perhibēt de primis forcipibus quas creari necesse fuit, nisi ab aliis forcipibus quas priores esse oportebit fabricatas esse dicatas.

Septem dicũtur de stulto, & totidem de sensato ac sapiēte. Vir sensatus tacet & obmutescit corã seniore aut sapientiore se: loquentem non interpellat, importunè aliquid effutiens, & extra tēpus, in medio videlicet sermonis interserēs. Vix respõdet interrogatus: interrogat autem ipse ad rem appositè, respõdetq; etiã aptissimè ad quæsita quæ primo loco proposita sunt: de iis agit primũ & ante omnia: posteriùs autem ad ea descendit agitãda quæ posteriori loco sunt oblata discutiẽda. Si qua

autē sunt quæ fortè non intellexit, ingenuè admonet, & dicit, Hæc & hæc capere non potui, hæc autem intellexi. Tandem cognitæ perspe-ctæque veritati dat manus & vltro cedit. Contrario prorsus modo de stulto ratiocinandum est.

Septem ingentes plagas, totidem numero & grauitate peccata mundo inuehunt. Primò cùm alij decimas soluunt, alij autem non. tunc deficiente pluuia vigere incipit annonæ caritas, quæ adhuc augetur & ampliùs crescit si cùm aliqui primùm soluere parati essent, alij non: ad hoc postea concurrunt omnes animis atque conspirant consensione nefaria vt nemo Sacerdoti quas debet decimas exsoluat: tunc enim prohibente Deo pluuiam ne stillet in terras, illa subitò de qua

על ראשון ראשון ועל אחרון
אחרון ועל מה שלא שמע
אומר לא שמעתי ומודה על
האמת. וחלופיהם בגולם:

שבעה מיני פורעניות באין
לעולם על שבעה גופי עברה
מקצתן מעשרין מקצתן אינן
מעשרין רעב של בצורת באה
מקצתן רעבין ומקצתן שבעין·

autē sunt quæ fortè non intellexit, ingenuè admonet, & dicit, Hæc & hæc capere non potui, hæc autem intellexi. Tandem cognitæ perspectæque veritati dat manus & vltro cedit. Contrario prorsus modo de stulto ratiocinandum est.

Septem ingentes plagas, totidem numero & grauitate peccata mundo inuehunt. Primò cùm alij decimas soluunt, alij autem non. tunc deficiente pluuia vigere incipit annonæ caritas, quæ adhuc augetur & ampliùs crescit si cùm aliqui primùm soluere parati essent, alij non: ad hoc postea concurrunt omnes animis atque conspirant consensione nefaria vt nemo Sacerdoti quas debet decimas exsoluat: tunc enim prohibente Deo pluuiam ne stillet in terras, illa subitò de qua

על ראשון ראשון ועל אחרון
אחרון ועל מה שלא שמע
אומר לא שמעתי ומודה על
האמת וחלופיהם בגולם:

שבעה מיני פורעניות באין
לעולם על שבעה גופי עברה
מקצתן מעשרין מקצתן אינן
מעשרין רעב של בצורת באה
מקצתן רעבין ומקצתן שבעין·

גמרו שלא לעשר רעב של
מהומה ושל בצורת באה
ושלא ליטול את החלה רעב
של כליה באה: דבר בא לעולם
על מיתות האמורות בתורה
שלא נמסרו לבית דין ועל
פירות שביעית: חרב באה
לעולם על ענוי הדין ועל עיוות
הדין ועל המורים בתורה שלא
כהלכה: חיה רעה באה לעולם
על שבועת שוא ועל חלול

ſuprà dixi, caritas annonæ cõſequitur omnia ſenſim ſine ſenſu conſumens: ſicut & quando torta vel placenta quæ Sacerdoti dari ſolet & denegatur atque ſubtrahitur: ob hoc enim iratus Deus famem & victus penuriam inducit. Peſtilentia terram affligit ac deuorat propter peccata illa mortalia in lege expreſſa, & quæ in iudicium iudicanda delata non ſunt, & propter fruges anni ſeptimi quæ non ſunt in commune collatæ, iuxta legis imperium atque præceptum in ea contentum. Gladius terram conſumit eo quòd lex auſu temerario violatur ac peruertitur; & propter eos qui ipſa lege contra ius omne & rationem abutuntur. Omne genus ferarum paſſim omni ex parte diſperſum terram depopulatur ac

vaſtat propter iuſiurandum falsò conceptum,in quo nomen Dei ſanctum fœdè ac turpiter proculcatur. Terra denique duriſſimæ ſeruituti ſubijcitur propter eos qui idolorũ cultui ſtudẽt,& homicidas,& adulteros, & eos qui præceptum legis violare non dubitantes terram ſeptimo quoque anno quieſcere non patiuntur.

Quatuor diuerſis temporibus ingraueſcit peſtifera lethalis morbi contagio: quarto anni menſe propter primitias tardiùs aut minimè perſolutas:tertio item & ſeptimo& circa finem feſti tabernaculorũ cuiuſque anni: quarto,tertio & ſeptimo menſe ob pauperum decimas: ad calcem ſeptimi propter fruges ſeptimi mẽſis in cõmune commodum nõ collatas:denique ad finem

השם: גלות בא לעולם על עובדי עבודה זרה ועל גלוי עריות ועל שפיכות דמים ועל שמטת הארץ:

בארבעה פרקים הדבר מתרבה ברביעית ובשביעית ובמוצאי שביעית ובמוצאי החג שבכל שנה ושנה· ברביעית מפני מעשר עני שבשלישית· בשביעית מפני מעשר עני שבששית· ובמוצאי שביעית מפני פירות שביעית· ובמוצאי

החג שבכל שנה ושנה מפני גזל
ומתנות עניים:

ארבע מדות באדם האומר
שלי שלי ושלך שלך זו מדה
בינונית ויש אומרים זו מדת
סדום· שלי שלך ושלך שלי
עם הארץ· שלי שלך ושלך
שלך חסיד· שלי שלי ושלך
שלי רשע:

festi tabernaculorũ quolibet anno celebrati propter eleemosynas pauperum ad priuatũ vsum cõuersas & ad proprium cõmodum vsurpatas.

Quatuor hominum diuersæ loquendi consuetudines varias etiam totidem eorum arguunt morum pariter humorúmque cõplexiones. Alius siquidẽ dicit, Meum est meũ, tuum verò est tuum: & hic mos cõmunis est & fortè vsitatior quouis; nec eum ego aut extollere nimiùm vellem, aut etiam plusquam par sit deprimere: quamuis eum plerique Sodomę consuetudinem esse dicãt. Vulgaris est hæc & nisi fallor rationabilis, Meum est tuum & tuum est meũ, vicissim permutatione facta. Iusta est quæ sequitur, Meũ est tuũ & tuum est tuum. Denique iniusta est hæc, Meum est meum & tuum

eſt meum: quo enim hoc iure?

Quatuor hominum omnino diſparati mores reperiũtur. Alij facilè iraſcuntur & facilè quoque placantur; vnum compenſatur ab altero. Alij & difficilè iraſcũtur & placantur adhuc difficiliùs; vnum quoque compenſatur ab altero. Ille qui facilè iraſcitur, & facilè placatur, hic optimus eſt. Qui autẽ facilè iraſcitur & difficilè placatur, impius.

Quatuor diuerſæ penitus morum conditiones in diſcipulis reperiuntur. Alij celeriter mandant memoriæ, & celeriter quoque è memoria ſibi elabi patiuntur; vnum compenſatur ab altero. Alij difficiliùs & quaſi ægrè rem propoſitam aut cõcipiunt aut diſcunt, & difficulter quoque quæ ſemel animo mandarunt obliuioni tradunt; vnum ab altero

ארבע מדות בדעות נוח
לכעוס ונוח לרצות יצא שכרו
בהפסדו קשה לכעוס וקשה
לרצות יצא הפסדו בשכרו קשה
לכעוס ונוח לרצות חסיד נוח
לכעוס וקשה לרצות רשע:

ארבע מדות בתלמידים מהר
לשמוע ומהר לאבד יצא שכרו
בהפסדו קשה לשמוע וקשה
לאבד יצא הפסדו בשכרו מהר

לשמוע וקשה לאבד חכם
קשה לשמוע ומהר לאבד זה
חלק רע:

ארבע מדות בנותני צדקה:
הרוצה שיתן ולא יתנו אחרים
עינו רעה בשל אחרים יתנו
אחרים והוא לא יתן עינו רעה
בשלו יתן ויתנו אחרים חסיד
לא יתן ולא יתנו אחרים
רשע:

altero cõpensatur. Qui ad discendũ prõptus est & ad retinẽdum tenax, hic sapiẽs est. Qui autem tardus est ad discendum & facilè nihilominus quę didicit obliuioni tradit, hic pessimæ sortis est atque conditionis.

Quatuor sunt diuersa genera eleemosynas largientium. Alius eleemosynam erogat & nollet ab alijs eam erogari. Istius nequã est oculus in eo quòd alteri inuidet eleemosynam factam. Est alius qui alios vellet eleemosynas distribuere, se tamen excepto: hic auaritia ducitur. Alius est qui & libenter eleemosynas fieri videt ab alijs & libenter quoque ipse de suo pauperibus erogat: ille vir est bonus & iustus. Qui autem dare non vult ipse, nec ab alijs æquo animo dari videt, hic impius est & nequam.

Quatuor genera sunt operam litteris nauantium. Alij scholã adeunt & nihil proficiunt: horum merces admodum exigua est. Sunt & qui aliquo modo proficiũt, verũ scholas adire pigritãtur. Et eorum quoque merces valde tenuis & exilis est. Qui scholã adit & in ea discit, pius est: qui autem nec vadit nec discit, impius.

Quatuor hominũ differẽtiæ sunt coram sapiẽtibus astantiũ. Alij sunt quasi spõgia quæ humorem vndequaque sugit ac trahit: alij quasi dolium tusum quod aquam hauriens vna ex parte, ex alia effluit, & quicquid accepit euacuat: alij quasi cuppa quæ cùm vinum effluere sinat, fæces retinet. Nonnulli denique ad instar cribri seplasiarij vel pigmentarij, qui & furfur retinet, sed distinctis cellulis: in superiore siqui-

ארבע מדות כהולכי לבית
המדרש הולך ואינו עושה
שכר הליכה בידו עושה ואינו
הולך שכר מעשה בידו הולך
ועושה חסיד לא הולך ולא
עושה רשע:

ארבע מדות ביושבי לפני
חכמים ספוג ומשפך משמרת
ונפה· ספוג שהוא סופג את
הכל משפך שמכניס בזו ומוציא
בזו משמרת שמוציאה את היין
וקולטת את השמרים נפה

שמוציאה את הקמח וקולטת
את הסולת:

כל אהבה שהיא תלויה בדבר
בטל דבר בטלה אהבה ושאינה
תלויה בדבר אינה בטלה
לעולם איזו היא אהבה שהיא
תלויה בדבר זו אהבת אמנון
ותמר ושאינה תלויה בדבר זו
אהבת דויד ויהונתן:

כל מחלוקת שהיא לשם
שמים סופה להתקיים ושאינה

dem furfur, in inferiore verò farinam feruat.

Omnis amor qui non abſolutus aut integer eſt, ſed ab aliqua re aut conditione pendet, ſublata hac re aut conditione quæ huius amoris fundamentum, ceſſat & ipſe amor: at verò ille qui à nulla re dependet, hic æternus eſt & nullo vnquam tempore finiendus. Quis porro eſt huiuſmodi amor tam nobilis & generoſus vt à nulla re aut conditione dependeat? Eius mihi in aliquo, quæſo, exemplum ob oculos pone. Habes illum in Amnon & Thamar. Vin econtra vilis & mendici amoris exhiberi tibi exemplum? Habes illuſtre illud & præclarum in amore Dauid & Ionathæ.

Omne colloquium aut quæſtio in nomine Domini fœliciter inchoata

fœlicem quoque consequetur & finem. Quæ autem econtra à Deo non sumit initium, illico dissoluetur. Quãnam igitur arbitraris quæstionem in nomine Domini factam & agitatã? Eam quæ intercessit inter Hillel & Samai. Quam econtra sine Deo putas? Eam scilicet quę infœlix Chore omnisq; cœtus adhærẽtium ei contra Moysen & Aaron Dei electos insurrexerunt schismate facto & contentione in populo Israel.

Quicunque palam & coram omnibus rectè viuit, is facit vt nullum peccatum aut scandalum oriatur, eius nimirum occasione. Quicũque econtra cæteros ad peccatũ inducit publicè, & cum exempli mali contage perniciosè peccans, existimant sapiẽtes, vix ac ne vix quidem condignam huic peccato reperiri posse

לשם שמים אין סופה
להתקיים איזו היא מחלוקת
שהיא לשם שמים זו מחלוקת
הלל ושמאי ושאינה לשם
שמים זו מחלוקת קרח וכל
עדתו:

כל המזכה את הרבים אין
חטא בא על ידו וכל המחטיא
את הרבים אין מספיקין בידו

לעשות תשובה: משה זכה
וזכה את הרבים זכות הרבים
תלוי בו שנאמר צדקת יהוה
עשה ומשפטיו עם ישראל
ירבעם חטא והחטיא את
הרבים חטא הרבים תלוי בו
שנאמר על חטאת ירבעם
אשר חטא ואשר החטיא את
ישראל:

כל מי שיש בידו שלשה
דברים הללו מתלמידיו של
אברהם אבינו ושלשה דברים
אחרים מתלמידיו של בלעם
הרשע· עין טובה ורוח נמוכה

ſatisfactionē. Moyſes & rectè vixit, & alios itidem ad rectè quoque viuendum ſuo & verbo impulit & exemplo. Illi merita ideo plurimorum imputantur, ſicut ſcriptum eſt. Fecit iuſtitias Domini & iudicium ſuum cum Iſrael. Ieroboam & peccauit ipſe grauiter, & alijs quoque ad peccandum iter faciens & complanans, peccati author extitit: ſed & ideo illi peccata omnium tribuuntur, tãquam eorum cauſæ: ſic enim habes ſcriptum. Propter peccata Ieroboam filij Nabath qui peccauit & peccare fecit Iſrael.

Tria hæc quæ ſequuntur hominē, verum Abrahæ patris noſtri diſcipulū ac ſectatorem reddūt. Oculus beneuolus, animus lenis ac manſuetus, paruo eſſe contentū. Qui ſecus, imitator dicitur filius atque diſci-

pulus impij Balaam & iniqui pseudopropheta: scilicet oculus malus aut inuidus, animus altus & arrogans, & cor insatiabile: hæ sunt notę discipulorum Balaam. Quid autem est discriminis inter hos & illos? Illud nimirum, quòd illi quidem, hoc est Abrahæ patris nostri discipuli, fruātur huius mūdi solatiis & postea futuri quoque solidis voluptatibus potiuntur, iuxta illud Prouerb. Vt ditem diligentes me & thesauros eorum repleā. At verò impij Balaam sectatores atque discipuli infernum pro parte & hereditate sortiūtur ac in æternas tenebras carcerisq; Tartarei profunda protruduntur, iuxta illud Ps. Tu verò Deus deduces eos in puteū interitus. viri sanguinum & dolosi non dimidiabūt dies suos; ego verò sperabo in te Domine.

ונפש שפלה מתלמידיו של
אברהם אבינו עין רעה ורוח
גבוהה ונפש רחבה מתלמידיו
של בלעם הרשע : מה בין
תלמידיו של אברהם אבינו
לתלמידיו של בלעם הרשע
תלמידיו של אברהם אבינו
אוכלין בעולם הזה ונחלין
לעולם הבא שנאמר להנחיל
אוהבי יש ואוצרותיהם אמלא
אבל תלמידיו של בלעם הרשע
יורשין גיהנם ויורדין לבאר
שחת אנשי דמים ומרמה לא
יחצו ימיהם ואני אבטח בך :

יהודה בן תימא אומר הוי עז
כנמר וקל כנשר רץ כצבי וגבור
כארי לעשות רצון אביך
שבשמים:

הוא היה אומר עז פנים
לגיהנם ובושת פנים לגן עדן:
יהי רצון מלפניך יהוה אלהינו
שתבנה עירך במהרה בימינו
ותן חלקנו בתורתך:

שמואל הקטן אומר בן חמש
שנים למקרא בן עשר למשנה

Dicebat Iuda filius Thema. Audacem te oportet eſſe vt pardum, alacrem ad curſum & expeditum pedibus quaſi capream; ſicut Aquilam regiam & ſolarem volucrem, omnia præ agilitate corporis penetrantem: denique ad inſtar leonis cuiuſdam ſtrenuum ac bellicoſum, fortem & magnanimum ad mandandam executioni Dei ac patris tui voluntatem.

Idem. Procacis ac inuerecundi hominis habitatio eſt infernus: ſicut econtra modeſti & verecundi paradiſus. Placuit tibi Domine Deus noſter præcipuam noſtram ſortem in legis tuæ ſtudio conſtituere.

Hæc quoque ſunt pueri Samuelis. Ab ipſa quinquennis ætatis teneritudine debet homo ſe ſtudio ſcripturæ applicare: à decẽnio legi

traditæ sunt orali. A tertio decimo anno det se obseruationi mandatorum: à quinto decimo Talmudicæ lectioni: à decimo octauo sanctum ac honorabile coniugij opus exerceat. A vicesimo pergat in studiis: à tricesimo det se contemplationi: à quadragesimo prudentiæ; à quinquagesimo aliis consilium præstare incipiat. Sexagesimo iam senex cognominabitur. Septuagesimo decrepitus: qua ætate iam cani caput respergunt frequentes. Octuagesimo soli qui fortissimo temperamento sunt adhuc vigent. Nonagesimo curuat senecta corpus. Ad centesimũ si perueniat homo, quasi vita functus esse putandus est.

Filius Bagbad. In scrutanda lege assiduus esto: omnia enim ambitu suo coercet atque complectitur.

Con-

בן שלש עשרה למצות בן
חמש עשרה לתלמוד בן
שמונה עשרה לחפה בן עשרים
לרדוף · בן שלשים לכח בן
ארבעים לבינה · בן חמשים
לעצה · בן ששים לזקנה · בן
שבעים לשובה · בן שמונים
לגבורה · בן תשעים לשוח · בן
מאה כאלו מת ועבר ובטל מן
העולם:

בן בג בג אומר הפוך בה
והפוך בה דכולא בה ובה תחזי
וסיב ובלה בה ומינה לא תזוע
שאין מדה טובה הימנה:

בן הא הא אומר לפום צערא
אגרא:

פ׳ ו׳

רבי מאיר אומר כל העוסק
בתורה לשמה זוכה
לדברים הרבה ולא עוד אלא
שכל העולם כלו כדי הוא לו
נקרא ריע אהוב אוהב את
המקום אוהב את הבריות
משמח את המקום משמח את
הבריות ומלבשתו ענוה ויראה
ומכשרתו להיות צדיק חסיד
ישר ונאמן ומרחקתו מן החטא

Contemplare eam non ſegniter, & in ea inueteraſce, & noli vnquam ab ea diſcedere: optima enim tibi ſors hæc eſt.

Dicebat filius Hehe. Secundum ea quæ Dei amoris intuitu ſuſtinuimus, retribuetur nobis à Deo præmium bonorum operum remuneratore fideliſſimo.

CAP. VI.

DICEBAT Rabbi Mier. Omnis homo qui diligēter ac ſtudioſè verſatur circa legem intentione recta, is profectò magni meriti eſt: nec tantùm hoc, ſed & de vniuerſo orbe bene meretur, dignúſque inuenitur qui amicus & familiaris Dei & nuncupetur & ſit. Amat Deũ & etiam homines: gaudio Deum afficit & homines quoque: humili-

tatis eum atque timoris ſpiritu lex induit; illa ſcilicet quam tantopere colunt, quam tãto ſtudio obſeruãt: præparat eos ac diſponit ad omne virtutum genus, iuſtitiam ſcilicet & pietatem, atque vt recti ſint & fideles, auertit eum ab omni peccato; & ex aduerſo proximum Deo facit: vnde fit vt poſtea homines ad eiuſmodi virum tãquam ad oraculum confugiant, eius vſuri cõſilio, ſcientia atque prudentia, iuxta illud Prouerb. Meum eſt conſiliũ & æquitas, mea eſt prudẽtia, mea eſt fortitudo. Imperium ei atque dominium dat in alios, ſua inſuper ei ſecreta reuelans: vnde fit quaſi fons indeficiens aut quaſi fluuius iugiter fluẽs. Inde & bene cõpoſitus euadit & prudẽs, & ad iraſcendũ tardiſſimus. Magnificat porro eum illa extollitq; ver-

ומקרבתו לידי זכורת ונהנין
ממנו עצה ותושיה בינה וגבורה
שנאמר לי עצה ותושיה אני
בינה לי גבורה · ונותנרת לו
מלכורה וממשלה וחקור דין
ומגלין לו רזי תורה ונעשרה
כמעין המתגבר וכנהר שאינו
פוסק והוא צנוע וארך רוח
ומוחל על עלבונו ומגדלתו
ומרוממתו על כל המעשים :

אמר רבי יהושע בן לוי בכל
יום ויום בת קול יוצאת מהר
חורב ומכרזות ואומררת אוי
להם לבריות מעלבונה של

תורה שפרק מי שאינו עוסק
בתורה הרי זה נזוף שנאמר
נזם זהב באף חזיר אשה יפה
וסרת טעם: ואומר והלוחות
מעשה אלהים המה והמכתב
מכתב אלהים הוא חרות על
הלחות אל תקרי חרות אלא
חירות שאין לך בן חורין
מדינה של גיהנם אלא מי
שעוסק בתלמוד תורה וכל מי
שעוסק בתורה הרי זה מתעלה
שנאמר וממתנה נחליאל
ומנחליאל במות:

הלומד מחברו פרק אחד או

ticem eius ſuper omnes res creatas.

Rabbi Ioſue filius Leuith. Quotidie vox quædam de monte Oreb exibat non obſcurè intonans. Væ hominibus illis per quos legi damnum infertur aut iniuria: quia verè quicũque negligenter incumbit in ſtudium legis, prorſus hic reprobus eſt & infelix, ſicut dicit ſcriptura. Circulus aureus in naribus porci mulier formoſa & fatua. Et alibi. Scriptura quoque Dei erat ſculpta חרות in tabulis. Vbi animaduerte, ſi placet, cum חרות & ſculpturam & libertatem indifferenter ſignificet, hîc de libertate debere intelligi.

Qui diſcit à ſocio ſuo, caput aliquod ſcripturæ, lectionem aut verſum, imò vel vnicam litteram, honorem ei plurimum debet: hoc enim experimento cognouimus in

Dauid Rege Iſrael qui duo ſolùm didicit ab Achitophel: & tamen magiſtrum, doctorem ac pædagogum ſuum eum vocaſſe legitur in Pſalm. Tu verò homo vnanimis dux meus & notus meus. Si Dauid Rex Iſrael, qui duo ſolùm ab Achitophele didiſcerat, eum notum ſuum & ſodalem, imò ducem ac præceptorem appellaſſe credendus eſt, vt eſt ſine dubio, verax enim & fidelis eſt qui teſtimonium perhibuit: quãto magis ei deferre debet honoris & reuerentiæ, qui à ſocio ſuo & æquali aliquem ſcripturæ verſum vel ſyllabam vel etiam apicem diſcit: huic enim honor non eſt alius quàm qui hauritur è fontibus legis, ſicut dicit Salomon.

Vis ſcire (ô adoleſcens) quem modum tenere oporteat & ſeruare

הלכה אחת או פסוק אחד או
אפילו אות אחת צריך לנהוג
בו כבוד שכן מצינו בדוד מלך
ישראל שלא למד מאחיתופל
אלא שני דברים בלבד קראו
רבו אלופו ומיודעו שנאמר
ואתה אנוש כערכי אלופי
ומיודעי והלא דברים קל וחומר
ומה דוד מלך ישראל שלא
למד מאחיתפל אלא שני
דברים בלבד קראו רבו אלופו
ומידעו הלמד מחברו פרק אחד
או הלכה אחת או פסוק אחד
או אפילו אות אחת על אחת

כמה וכמה שצריך לנהוג בו
כבוד ואין כבוד אלא תורה
שנאמר כבוד חכמים ינחלו
ותמימים ינחלו טוב ואין טוב
אלא תורה שנאמר כי לקח
טוב נתתי לכם תורתי אל
תעזובו:

כך היא דרכה של תורה פת
במלח תאכל ומים במשורה
תשתה ועל הארץ תישן וחיי
צער תחיה ובתורה אתה עמל
ואם אתה עושה כן אשריך
וטוב לך אשריך בעולם הזה
וטוב לך לעולם הבא · אל תבקש

legi euoluendæ aptiſſimum? huiuſmodi eſt. Panem tuum adhibito ſale comedes, &aquam in menſura potabis, duriſſimo ſtrato membra quamuis diurno labore defeſſa compones, vitam de cætero aſperam ducens atque difficilem, & improbo ac pertinaci ſtudio in legem incumbens. Quòd ſi hoc facis, in te verba illa quadrabunt. Beatus es & bene tibi erit: beatus es in hoc ſæculo, & bene tibi erit in altero. Noli tibiipſi honores aucupari, nec vllam vnquã in pretio aut amore ita habeas dignitatem vt ei ſtudium legis poſthabeas. Exerce te quibus potes honeſtis laboribus, & interim ne menſas Regum deſideres: menſa enim tua inſtructior eſt atque ſplendidior menſis illorum; & corona tua illorũ coronis illuſtrior.

Fidelis porro eſt Dominus cui laboras, vt tibi mercedem reddat & præmium meritis tuis condignum.

Dignitas & excellentia legis Regium & Sacerdotalem honorem ſplēdore ſuo vincit, ac ſublimitate ſupereminet: triginta quippe gradibus ad regni culmen aſcenditur, viginti & quatuor ad ſacerdotii faſtigium peruenitur: at verò ad apicem intelligentiæ legis duodequinquaginta neceſſaria ſunt: ea nos erigunt & extollunt ad ſupremum illum dignitatis apicem, qua creata vlla maior excogitari non poteſt. hæc autem ſunt iſta; ſtudium, hoc eſt improba diligentia, docilitas in obaudiēdo magiſtris, intentio animi, attentio & affectio cordis, timor ac tremor, demiſſio animi, gaudiū, obſequium præſtare ſapientibus,

גדלה לעצמך ואל תחמוד בכוד
יותר מלמודך עשה ואל
תתאוה לשלחנם של מלכים
ששלחנך גדול משלחנם וכתרך
גדול מכתרם ונאמן הוא בעל
מלאכתך שישלם לך שכר
פעלתך :

גדולה תורה מן הכהנה ומן
המלכות שהמלכות בשלשים
מעלות · והכהנה בעשרים
וארבעה · והתורה נקנית
בארבעים ושמונה דברים ·
בתלמוד בשמיעת האוזן ·
בעריכת שפתים · בבינת הלב ·

בשכול הלב· באימה ביראה·
בענוה· בשמחה· בשמוש
חכמים· בדקדוק חברים·
ובפלפול התלמידים· בישוב
במקרא· במשנה· במעוט
סחורה· במעוט שנה· במעוט
תענוג· במעוט שחוק· במעוט
דרך ארץ· בארך אפים· בלב
טוב· באמונת חכמים ובקבלת
היסורים· מכיר את מקומו·
שמח בחלקו· ועושה סייג
לדבריו· ואינו מחזיק טובה
לעצמו· אהוב אוהב את המקום·
אוהב את הצדקות· אוהב את

ſubtilitas cum condiſcipulis, in diſputando aut argumentando alacritas, patientia, ſtudium ſcripturæ, peritia Miſnæ ſeu legis oralis ac traditæ, parum negotiationis temporalis, parum ſomni, modicum riſus, modicum delectationis, ſæculariũ negotiorum permodicum, in iraſcendo tarditas, cor bene affectum erga ſapientes, fidelitas, tribulationum perpeſſio, ſuæ conditionis agnitio, ſua ſorte contẽtum eſſe, prudenter loqui, nec honorem ſibi aut dignitatem aliquam arrogare. Hic amat & amatur: amat iuſtitiam, increpationem amat, amat rectitudinem, auertit ſe ab ambitionis vitio; nec propter eam quam ſe habere nouit in lege peritiam vanè extollitur aut inflatur, aut libenter tanquã iudex ſententiam pronunciat, onus

& iugum proximi, sui suauissimè ac placidissimè portat, omnia eius dicta, vel facta in meliorem partem detorquet; in pace eum ac veritate cõfirmat ac roborat. In suo se amat studio. Quærit & respondet, audit quæ dicuntur, & insuper addit de suo doctrinam. Discit vt doceat & in praxim quod à præceptoribus accepit reducat. Acuit ingenium ac diligẽtiam magistri, lectioni attentam aurem accommodat, fideliter eum authorem laudat è quo quid accepit: iam enim probè nouit eum qui illi fonti è quo aliquid hausit illud fideliter ac sine inuidia refert, salutem mũdo ac redẽptionem adducere, iuxta illud Esther. Et dixit Esther Regi nomine Mardochæi.

Magna prorsus & magnificiẽda res est lex: hæc enim cultoribus ac

secta-

התוכחות אוהב את המשרים׃
מתרחק מן הכבוד ואינו מגיס
לבו בתלמודו ואינו שמח
בהוראה׃ נושא בעול עם חברו
ומכריעו לכף זכות׃ מעמידו על
האמת מעמידו על השלום׃
מתישב בתלמודו׃ שואל
ומשיב׃ שומע ומוסיף׃ למד על
מנת ללמד׃ ולמד על מנת
לעשות׃ מחכים את רבו ומכוין
את שמועתו ואומר דבר בשם
אומרו הא למדת כל האומר
דבר בשם אומרו מביא גאולה
לעולם שנאמר ותאמר אסתר

למלך בשם מרדכי :

גדולה תורה שהיא נותנת חיים לעושיה בעולם הזה ובעולם הבא שנאמר כי חיים הם למוצאיהם ולכל בשרו מרפא ואומר רפאות תהי לשרך ושקוי לעצמותיך ואומר עץ חיים היא למחזיקים בה ותומכיה מאשר ואומר כי לוית חן הם לראשך וענקים לגרגרותיך ואומר תתן לראשך לוית חן עטרת תפארה תמגנך ואומר ארך ימים בימינה בשמאלה עשר וכבוד ואומר

ſectatoribus ſuis vitam & in hoc ſæculo largitur, & in futuro, iuxta illud. Vita enim eſt inuenientibus eam & poculum ſanitatis vniuerſæ carni. Cui cõſonat & illud egregiũ eiuſdem dictũ. Sanitas quippe erit vmbilico & irrigatio oſſium tuorũ. Qui rurſus ait. Lignum vitæ eſt apprehendentibus eam, & qui tenuerint eam beati. Iterum. Dabit enim capiti tuo augmenta gratiarum, & corona inclyta proteget te. Et adhuc. Longitudo dierum in dextera eius, & in ſiniſtra illius diuitiæ & gloria. Denique & pro corollario hoc adiicere libet ex eodem. Longitudinem enim, inquit, dierum & annos vitæ ac pacis apponent tibi. Omnia hæc in legis commendationem ſunt dicta.

Rabbi Simeon filius Menacia di-

cebat nomine R. Simeon filij Ioha. Pulchritudo & robur & diuitiæ, honor & ſapientia & canities & ætas prouecta & ingens liberorum turba quam decent viros bonos, iuxta verbũ ſcripturæ quæ ait. Corona dignitas ſenectutis quæ in viis iuſtitiæ reperietur. quæ etiam alibi ampliùs dicit. Corona ſenum filij filiorum, & gloria filiorum patres eorum. Et iterũ. Exultatio iuuenũ fortitudo eorum, dignitas ſenũ canities. Eſaias verò dicit. Erubeſcet luna & cõfundetur ſol, cùm regnauerit Dominus exercituum in monte Sion & in Ieruſalem, & ſenes erunt in honore.

R. Simeon filius Menacia. Septem hæc ſigna quæ ſapientibus de viris probis data ſunt, in Rabbi ac filiis ſuis omnes animaduerterunt.

כי אורך ימים ושנות חיים
ושלום יוסיפו לך:

רבי שמעון בן מנסיה אומר
משום רבי שמעון בן יוחי
הנוי והכוח והעושר והכבוד
והחכמה והזקנה והשבה
והבנים נאה לצדיקים ונאה
לעולם שנאמר עטרת תפארת
שבה בדרך צדקה תמצא ואומר
עטרת זקנים בני בנים ותפארת
בנים אבותם ואומר תפארת
בחורים כוחם והדר זקנים
שבה: ואומר וחפרה הלבנה
ובושה החמה כי מלך יהוה

צבאות בהר ציון ובירושלם
ונגד זקניו כבוד:

רבי שמעון בן מנסיא אומר
אלו שבע מדות שמנו חכמים
לצדיקים כלם נתקיימו ברבי
ובבניו:

אמר רבי יוסי בן עסמא פעם
אחת הייתי מהלך בדרך ופגע
בי אדם אחר ונתן לי שלום
והחזרתי לו שלום אמר לי רבי
מאיזה מקום אתה אמרתי לו
מעיר גדולה של חכמים ושל
סופרים אני: אמר לי רבי רצונך
שתדור עמנו במקומנו ואני

Dicebat R. Iose. Quadam die cum iter haberé, contigit vt offenderem hominem qui me salutatione impertiit: qua reddita & accepta dixit mihi. Rabbi cuias & vnde es tu? Cui ego protinus. De magna quadam ciuitate sapientibus viris & eruditis plena. At ille iterum mihi. Rabbi si mecum cõmorari acquiescis aut degere familiariùs, infinita auri argentiq; talenta tibi lapidumq; pretiosorũ vim non modicã dabo. Cui illico respondi. Fili carissime, etsi mihi infinitam auri argentique vim pollicereris omnesq; quorumlibet Principũ gazas, nunquam habitare vellem, aut sedem ac domicilium figere, nisi in loco in quo Legis studiũ florere cognoscerẽ: in illa enim formidabili & extrema mortis hora neque auri neque argenti affluentia

aut multi pretij lapidum homini subsidium latura comitantur, sed sola opera bona, sicut dicit ille textus. Cùm ambulaueris, gradietur tecum; cùm dormieris, custodiet te: & euigilans loquêris cum illa: in via tua ducem se tibi præstabit, hoc est in hac vita; cùm dormieris, assidebit tibi; cùm inquam dormieris, hoc est in sepulchro iacueris: ac tandem cùm euigilaueris, nimirum vbi illuxerit & inclaruerit serenissimum illud eius, quæ in altera vita promittitur, beatitudinis mane, familiariter tecum confabulabitur. Et hoc sensu, ni fallor, intelligẽdus est locus ille Psal. Bonum mihi lex oris tui super millia auri & argẽti. Propheta quoque. Meum est argentum & meum est aurum, dicit Dominus.

Deus optimus max. quamuis omnium rerum Dominus sit, quinque

אתן לך אלף אלפים דנרי זהב
וכסף ואבנים טובות ומרגליות·
אמרתי לו בני אם אתה נותן
לי כל כסף וזהב ומרגליות
שבעולם איני דר אלא במקום
תורה לפי שבשעת פטירתו
של אדם אין מלוין אותו לא
כסף ולא זהב ולא אבנים
טובות ומרגליות אלא תורה
ומעשים טובים בלבד שנאמר
בהתהלכך תנחה אותך בשכבך
תשמור עליך והקיצות היא
תשיחך בהתהלכך תנחה אותך
בעולם הזה בשכבך תשמור
עליך בקבר והקיצות היא

תשיחך לעולם הבא וכן כתוב
בספר תילים על ידי דוד מלך
ישראל טוב לי תורת פיך
מאלפי זהב וכסף ואומר לי
הכסף ולי הזהב נאם יהוה
צבאות :

חמשה קנינים קנה הקדוש
ברוך הוא בעולמו ואלו הן
תורה קנין אחד שמים וארץ
קנין אחד אברהם קנין אחד
ישראל קנין אחד בית המקדש
קנין אחד : תורה קנין אחד
מנין דכתיב יהוה קנני ראשית
דרכו קדם מפעליו מאז שמים
וארץ קנין אחד מנין שנאמר

tamen poſſeſſionem ſpeciali iure ſibi vẽdicat. Ac primùm lex poſſeſſio eſt vna, cœlum & terra poſſeſſio vna, Abraham etiam poſſeſſio vna, Iſrael quoque poſſeſſio vna, ſed & domus ſanctuarij poſſeſſio eſt vna. Vnde probas legem eſſe ex Dei poſſeſſionibus vnam? Dominus, ait, poſſedit me in initio viarum ſuarum, antequam quidquam faceret à principio. Vnde colligis cœlum quoque, & terram inter præcipuas Dei poſſeſſiones annumerari? Ex eo loco vbi loquitur ipſe Dominus per Prophetam. Cœlum ſedes mea eſt, terra autem ſcabellum pedũ meorum: quæ eſt iſta domus quam ædificabitis mihi, & quis eſt iſte locus quietis meæ? Sanè Dauid in Pſalmis. Quàm magnificata ſunt, inquit, opera tua, Domine; omnia in ſapientia feciſti: impleta eſt terra

possessione tua. Vnde verò & de Abraham concludis quòd sit in præcipuis Dei possessionibus vna? Ex verbis Melchisedech ad eum relatis à scriptura in hunc modum. Benedixit ei, & ait. Benedictus Abram Deo excelso qui creauit cœlum & terram. De Israel autem quòd ex Dei possessionibus vna sit, patet ex illo loco. Donec pertranseat populus tuus, Domine, donec pertranseat populus tuus iste quem possedisti. Sicut habes & alibi scriptum. Sãctis qui sunt in terra atque potẽtibus, omne meum desiderium est in eis. Denique si de sanctuario testimonium requiris, habes illud. Sanctuarium tuum Domine, quod firmauerunt manus tuæ. Quò incidit & alius locus ex Psalm. Et post annos quadraginta induxit eos in montem sanctificationis suæ, mon-

כה אמר יהוה השמים כסאי
והארץ הדום רגלי איזה בירת
אשר תבנו לי ואיזה מקום
מנחותי : ואומר מה רבו
מעשיך יהוה כלם בחכמה
עשית מלאה הארץ קניניך
אברהם קנין אחד מנין דכתיב
ויברכהו ויאמר ברוך אברם
לאל עליון קונה שמים וארץ :
ישראל קנין אחד מנין דכתיב
עד יעבור עמך יהוה עד יעבור
עם זו קנית ואומר לקדושים
אשר בארץ המה ואדירי כל
חפצי בם : בית המקדש קנין
אחד מנין שנאמר מקדש יהוה

מזננו ידיך : ואומר ויביאם
אל גבול קדשו הר זה
קנתה ימינו : וכל מה שברא
הקב״ה בעולמו לא ברא אלא
לכבודו שנאמר כל הנקרא
בשמי ולכבודי בראתיו יצרתיו
אף עשיתיו ואומר יהוה ימלוך
לעולם ועד :

אמר רבי חנניא בן עקשיא
רצה המקום לזכות את ישראל
לפיכך הרבה להם תורה ומצות
שנאמר יהוה חפץ למען צדקו
יגדיל תורה ויאדיר :

tem quem acquisiuit dextera eius. Et quicquid Deus sanctus & benedictus creauit & posuit in mundo suo, non nisi ad gloriam suam creasse videtur: sic enim dicit ipse apud Prophetam. Omne quod vocatum est nomine meo, in gloriam meam creaui illud, formaui illud, & feci illud. Et præterea alibi scriptum est. Dominus regnabit in æternum & vltrá.

R. Canaia filius Achatia. Consilium Dei fuit, hominem quem ad finem beatitudinis destinabat, priùs illa dignum efficere, atque ad illam consequendam per præuias ac præambulas dispositiones adaptare, quod vt assequeretur, legem ei ac præcepta multiplicauit, iuxta illum locum Prophetæ: Dominus voluit vt sanctificaret eum & magnificaret legem & extolleret.

aut multi pretij lapidum homini subsidium latura comitantur, sed sola opera bona, sicut dicit ille textus. Cùm ambulaueris, gradietur tecum; cùm dormieris, custodiet te: & euigilans loquêris cum illa: in via tua ducem se tibi præstabit, hoc est in hac vita; cùm dormieris, assidebit tibi; cùm inquam dormieris, hoc est in sepulchro iacueris: ac tandem cùm euigilaueris, nimirum vbi illuxerit & inclaruerit serenissimum illud eius, quæ in altera vita promittitur, beatitudinis mane, familiariter tecum confabulabitur. Et hoc sensu, ni fallor, intelligẽdus est locus ille Psal. Bonum mihi lex oris tui super millia auri & argẽti. Propheta quoque. Meum est argentum & meum est aurum, dicit Dominus.

Deus optimus max. quamuis omnium rerum Dominus sit, quinque

אתן לך אלף אלפים דנרי זהב
וכסף ואבנים טובות ומרגליות·
אמרתי לו בני אם אתה נותן
לי כל כסף וזהב ומרגליות
שבעולם איני דר אלא במקום
תורה לפי שבשעת פטירתו
של אדם אין מלוין אותו לא
כסף ולא זהב ולא אבנים
טובות ומרגליות אלא תורה
ומעשים טובים בלבד שנאמר
בהתהלכך תנחה אותך בשכבך
תשמור עליך והקיצות היא
תשיחך בהתהלכך תנחה אותך
בעולם הזה בשכבך תשמור
עליך בקבר והקיצות היא

תשיחך לעולם הבא וכן כתוב
בספר תילים על ידי דוד מלך
ישראל טוב לי תורת פיך
מאלפי זהב וכסף ואומר לי
הכסף ולי הזהב נאם יהוה
צבאות :

חמשה קנינים קנה הקדוש
ברוך הוא בעולמו ואלו הן
תורה קנין אחד שמים וארץ
קנין אחד אברהם קנין אחד
ישראל קנין אחד בית המקדש
קנין אחד : תורה קנין אחד
מנין דכתיב יהוה קנני ראשית
דרכו קדם מפעליו מאז שמים
וארץ קנין אחד מנין שנאמר

tamen possessionem speciali iure sibi vēdicat. Ac primùm lex possessio est vna, cœlum & terra possessio vna, Abraham etiam possessio vna, Israel quoque possessio vna, sed & domus sanctuarij possessio est vna. Vnde probas legem esse ex Dei possessionibus vnam? Dominus, ait, possedit me in initio viarum suarum, antequam quidquam faceret à principio. Vnde colligis cœlum quoque, & terram inter præcipuas Dei possessiones annumerari? Ex eo loco vbi loquitur ipse Dominus per Prophetam. Cœlum sedes mea est, terra autem scabellum pedū meorum: quæ est ista domus quam ædificabitis mihi, & quis est iste locus quietis meæ? Sanè Dauid in Psalmis. Quàm magnificata sunt, inquit, opera tua, Domine; omnia in sapientia fecisti: impleta est terra

poſſeſſione tua. Vnde verò & de Abraham concludis quòd ſit in præcipuis Dei poſſeſſionibus vna? Ex verbis Melchiſedech ad eum relatis à ſcriptura in hunc modum. Benedixit ei, & ait. Benedictus Abram Deo excelſo qui creauit cœlum & terram. De Iſrael autem quòd ex Dei poſſeſſionibus vna ſit, patet ex illo loco. Donec pertranſeat populus tuus, Domine, donec pertranſeat populus tuus iſte quem poſſediſti. Sicut habes & alibi ſcriptum. Sãctis qui ſunt in terra atque potẽtibus, omne meum deſiderium eſt in eis. Denique ſi de ſanctuario teſtimonium requiris, habes illud. Sanctuarium tuum Domine, quod firmauerunt manus tuæ. Quò incidit & alius locus ex Pſalm. Et poſt annos quadraginta induxit eos in montem ſanctificationis ſuæ, mon-

כה אמר יהוה השמים כסאי
והארץ הדום רגלי איזה בירת
אשר תבנו לי ואיזה מקום
מנחותי : ואומר מה רבו
מעשיך יהוה כלם בחכמה
עשית מלאה הארץ קניניך
אברהם קנין אחד מנין דכתיב
ויברכהו ויאמר ברוך אברם
לאל עליון קונה שמים וארץ :
ישראל קנין אחד מנין דכתיב
עד יעבור עמך יהוה עד יעבור
עם זו קנית ואומר לקדושים
אשר בארץ המה ואדירי כל
חפצי בם : בית המקדש קנין
אחד מנין שנאמר מקדש יהוה

כזננו ידיך : ואומר ויביאם
אל גבול קדשו הר זה
קנתה ימינו : וכל מה שברא
הקבה בעולמו לא ברא אלא
לכבודו שנאמר כל הנקרא
בשמי ולכבודי בראתיו יצרתיו
אף עשיתיו ואומר יהוה ימלוך
לעולם ועד :

אמר רבי חנניא בן עקשיא
רצה המקום לזכות את ישראל
לפיכך הרבה להם תורה ומצות
שנאמר יהוה חפץ למען צדקו
יגדיל תורה ויאדיר :

tem quem acquisiuit dextera eius. Et quicquid Deus sanctus & benedictus creauit & posuit in mundo suo, non nisi ad gloriam suam creasse videtur: sic enim dicit ipse apud Prophetam. Omne quod vocatum est nomine meo, in gloriam meam creaui illud, formaui illud, & feci illud. Et præterea alibi scriptum est. Dominus regnabit in æternum & vltrá.

R. Canaia filius Achatia. Consilium Dei fuit, hominem quem ad finem beatitudinis destinabat, priùs illa dignum efficere, atque ad illam consequendam per præuias ac præambulas dispositiones adaptare, quod vt assequeretur, legem ei ac præcepta multiplicauit, iuxta illum locum Prophetæ: Dominus voluit vt sanctificaret eum & magnificaret legem & extolleret.